

Cap. LXXXIII. Rubrica quod nulla persona possit lavare pannos in rivo prope Çudecam posito.

- 5 **O**rdinamus quod nulla persona sit ausa lavare aliquos  
 pannos lineos vel lanneos, cuiuscunque conditionis sint,  
 in rivo posito prope Çudecam cerdonum sitam extra Ianuam  
 Riburgi, nec cerdones vel alia persona debeat descarnare ali-  
 quas pelles a tribus passibus prope pontes, tam a parte supe-  
 10 riori quam inferiori, a pontibus fontis Çepi çitra usque ad  
 partem que est prope ortum ser Bertucii Ranaldi, nec etiam  
 lavare peles in fonte Cepei. Qui cerdones lavare debeant et  
 discarnare eorum pelles in dicto rivo, tamen non devastando  
 aquam nec sibi unus alteri ad invicem iniuriam inferentes, sub  
 15 dicto statuto non servato et pro quolibet capitulo // in supra- 282 B  
 dicto statuto non servato et pro quolibet contrafatiente et  
 vice qualibet contrafacta, et acusatori adhibeatur fides de  
 predictis cum sacramento.

Cap. LXXXIII. Rubrica de mutuatoribus. R.ca.

- 20 **S**tatutum et ordinatum fuit pro conservatione populi civi-  
 tatis Tergesti in millesimo trecentesimo trigessimo oc-  
 tavo indictione sexta sub forma infrascripta, videlicet quod  
 cives et habitatores Tergesti debentes dare alicui mutuatori  
 habitatori civitatis Tergesti, qui mutuasset denarios sub usuris  
 25 tam super pignoribus quam super instrumentis, habeant ter-  
 minum de solvendo eidem mutuatori a termino sancti Martini  
 nuper venturi in antea usque ad quatuor annos, hoc modo  
 videlicet quod ipse mutuator unus vel plures dare et restituere  
 debeat eisdem civibus et habitatoribus Tergesti omnia eorum  
 30 pignora instrumenta et alias scripturas, et facere teneantur  
 dicti cives et habitatores Tergesti eidem mutuatori unum  
 preceptum continens pena[m] grossi pro libra, de dictis de-  
 nariis solvendis eidem mutuatori pro quolibet cive et habita-  
 tore Tergesti, cum ydoneis securitatibus usque ad quatuor  
 annos, scilicet in quolibet festo sancti Martini quartam partem